Fragmentarium

autem societatem agnosci; non compen
sandum compendium cum negligentia ut
Marcellus digestorum libro sexto.

Paulus. Omne aes alienum quod ma
nente societate contractum est de commu
ni solvendum est, licet postea quam societas
distracta est solutum sit. Igitur et si sub
condicione promiserat et distracta societate con
dicio extitit, ex communi solvendum est. Ideoque si
interim societas dirimatur, cautiones in
terponendae sunt.

Item. Si socii sunt et unus ex die
pecuniam debeat et dividatur soci
etas, non debet hoc deducere socius quemad
modum praesentis debiti, sed omnes dividere et ca
vere cum dies venerit defensum iri socium.

Ulpianus. Si non fuerint partes socie
tati adiectae, aequas eas esse constat. Si vero
placuit ut quis duas partes vel tres habeat,
alius unam, an valeat? et placeat va
lere si modo aliquid plus societati contu
lit, vel pecuniae vel operae vel cuiuscumque alterius
rei causa. Ita coiri societatem pos
se ut nullam partem damni sentiat
alter, lucrum vero commune sit, Cassius pu
tat: quod ita demum valebit ut et Sabinus
scribit, si tanti sit opera quanti damnum est.
Plerumque enim tanta est industria socii ut
plus societati conferat quam pecunia,
item si solus naviget, si solus peregrinetur, si peri
cula subeat solus. Aristo refert Cassi
um respondisse societatem talem coiri non
posse ut alter lucrum tantum, alter damnum
sentiret, et hanc societatem leoninam
solitum appellare; et nos consentimus talem
societatem nullam esse, ut alter lucrum sentiret,
alter vero nullum lucrum sed damnum senti
ret: iniquissimum enim genus societatis est.

[so]cietatem, intercedere oportet. N[ec enim sufficit]
rem esse communem, nisi societas int[ercedit. Communiter autem]
res agi potest etiam citra societ[atem, ut puta]
cum non affectione societatis
incidimus in communionem, ut evenit in re [duobus]
legata, item si a duobus simul empta
res sit, aut si hereditas vel donatio commu
niter nobis obvenit, aut si a duobus sepa
ratim emimus partes eorum non socii futuri.

Idem. Nam cum contractu hereditas
societas coita est, pro socio actio est; cum si[ne]
contractu in re ipsa negotium communiter
gestum videtur.

Idem. Ut in coniunctionibus publicorum,
item in emptionibus: nam qui nolunt
inter se contendere solent per nuntium rem
emere in commune, quod a societate longe re
motum est. Et ideo societate sine tuto
ris auctoritate coita pupillus non te
netur, attamen communi dividundo iudicio tenetur.

Gaius. Quibus casibus siquidem fortuitu
te vel meam rem impenderis, sive fructus
mercedesve ... perceperit vel deteriorem fecerit
rem: non societatis iudicio locus est, sed inter
coheredes quidem familiae herciscundae iudi
cio agitur, inter ceteros communi dividundo.

Item inter eos quoque quibus hereditario iure com
munis res est, posse et communi dividundo
agi.

Ulpianus. Nemo potest societatem
heredi suo sic parere ut ipse heres socius
sit. In heredem autem pro socio actio com
petit, ut bonam fidem praestet.

Paulus. Et ad culpam quam
is praestaret in cuius locum successit, licet
socius non sit.

Pomponius. Plane si hi qui socius heredes
erimus ... in ... societatis
mea hereditate, nonne consecutus quod postea

BIBLIOTHEQUE NATIONALE R.F.

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2317, 51r – Iustinianus, Digesta seu Pandectae
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-sq5v/3937/41403)